

Auf

22

FACVLTATIS JVRIDICÆ
EX - DECANVS,
CONR. WILHELMUS
Strecker, JCtus,

PRÆFATÆ FACVLTATIS ET JVDICII
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PRO-
FESSIONE COD. PVBLICVS ORDINARIVS, CI-
VITATIS SYNDICVS ET CONSVL
PRIMARIVS,

AD
AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM
ad L. Advocati 14. C. de Advocat. divers. judicior.

ET

DISSERTATIONEM INAUGURALEM
AD DIEM XXX. JANVARII, MDCC XXXVIII.

LECTOREM BENEVOLVM
PERHUMANITER INVITAT.

ERFORDIÆ,
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typogr.





Nemo equidem audet pegare, quod ad vocationis in Republica munus sit nobile, laudabile, honorabile, atque gloriosum. Advocati enim dicuntur Causidici, Oratores, Veridici, Patroni causarum, Patroni litium, togati, fortè, quod olim togā amicti causas in foro oraverint, & sic porrò vid. THOLOS AN S. I. U. lib. 49. C. 6. n. 2. Hi sunt, qui ambigua causarum causa dirimunt, in rebus publicis & privatis lapsa erigunt, fatigata reparant, amicitiam inter homines conservant, succurrunt litigantibus, gloria vocis munimine confisi, laborantium spēm, vitam ac potestatē defendunt. L. 14. C. de Advocat, divers. judicior. Hi, de quibus Lex loquitur, veri, boni & Christiani Advocati in omnibus actionibus, litibus que sibi obvenientibus præprimis in Deum, & ad virtutē perfectioris genus, Clientum salutem ac Reipublicā ornamenti dirigere solent. Verum hoc pessimo ac deploratissime seculo, quo pietas omnis fere exultat, justitia sub Tyrannie Rationis status non raro ingemiscit & charitas christiana

stiana friget, non pauci reperiuntur Rabulæ forenses, de
quorum pernicioſa protetvitatem ac malitia totus fere conque-
ritur mundus. Niſii verbis, lingua ferores, mali mala le-
quuntur, garriunt, strepunt, latrant non pro veritate, sed
pro consuetudine, veritatem suppressum, lites litibus cu-
mulant; cum ad inopiam munierandarum venerint allegatio-
num planè inutilium, immensa folia germanico, multâ la-
tinitate intermixta, idiomatice adimpleverint, ad effrenatam
deflectunt convitiandi libidinem & maledicendi ferociam;
Hi certè non sunt Juristæ, sed Jurgistæ; non JCti, sed jure
corrupti, non Jurisperiti, sed jureperditi: non Doctores, sed
legum dolores. Hi penartes varias, astutias & fallacias,
arata gemata & collusiones contra litigantium comoda,
contra munericis Advocantium decūs, imo contra iudicio-
rum auctoritatē lucri cupiditate illecti laborant, tanquam
pessimi sollicitatores clientulos ad negandum veritatem in-
ſtruunt, inducunt, dicendo: si illam facias, perdis cau-
sam, non tamen dicunt, si eam negaveris, perdis animam.
Væ! vee, ait Dominus per Isaian. 5. 7. 10. qui dicitis malam
bonum & bonum malum: ponentes tenebras lucem & lucem tene-
bras, ponentes amarum in dulce & dulce in amarum. Maxima
Advocatorum aliorumque reputatur nequitia; si homines à
litibus abhorrentes ad litigandum incident, lites, ubi nullæ
sunt vel facili negotio componi possunt, niſii vel imaginari
bilis imo iniqui lucri causâ ferant, hominesque, quos na-
tura arctissimo & consanguinitatis & affinitatis vinculo
conjunxit, ut canes erga se inyicem concitet: osor pacis,
est osor Dei & hominum salutis. Ob dubium litis eventum,
ob innumeratas, quæ occurunt, molestias, animique turba-
tiones, ob difficultem ſepe ſententiarum executionem ad ami-
cabilem

cabilem compositionem prompti sint viri boni & cordati,
cum pacis studium sit eximus fidei christiane fructus. Con-
tra tacientes, pacem reagentes, dissidentes aut immaturo
fervore vel odio impedientes non solum propriam laddunt
conscientiam, sed & poenitentiam serà injustas suas actiones
deplorabunt, maxime si nimia subtilitate causas involvant
& protrahant; tale enim est multorum ingenium, quod
sola subtilitate lascivient nullis relaxatur frenis, pias viro-
rum matronarumque mentes à juramentis abhorrentes eo-
rum delationibus impie divexat, si decretum fertur, illud
protinus evertere studet, aut revocari petit, seu sine mora ap-
pellat, vel de nullitate, ubi nulla est queritur, aut restitutionem,
ubi nulla datur, urget, reconventiones intermisceret, à nego-
cio principali recedit, accidentalibus ad rem parum vel nihil
facientibus non per unam, sed per plures instantias longo
litis susflamine immoratur, atque sic lites litibus neclit, &
causas per abusum remediorum suspensivorum in infinitum
protrahit, simplicis Clientuli aurum auxili conquistum de-
vorat, in fine, si forte quædam obtineatur victoriola ex-
pense nimium profuse objectum litis non raro transcen-
dunt. Sic hodie cavillis, astuiss, subtilitatibus & cautelis
coepit est agi infinita rimarum millia, infinitæque elab-
bendi occasiones se se aperuerunt, quibus omnibus & fingu-
lis obstruendis, nullum ingenium, nulla hortatio, nulla
prudentia sufficit. Væ igitur illis, qui per callida & subti-
lia vincunt utilia, qui causas differunt & partibus litiganti-
bus damnum inferunt, qui plures faciunt sumptus, quam suis
Clientibus adferunt fructus, qui veluti ranarum sonis &
cantibus auctorum molem efficiunt, & tamen nihil fructuo-
sum perficiunt, & qua sunt similia in foro nimis nota, imo
nullitas.

infinita, ut nec ab eo, qui illa perspecta habet, satis describi queant. De laudabili igitur Advocacionis munere non minus, ac de Rabularum forensium naves occasione *L. A. A.*
votati *is. Cod. de Advocat.* diversor. judicior. loco lectionis cur-
soria sibi electa publice ex cathedra fatus discutuntur.
NOBILIS ET CLARISSIMA SAVANIA
D. O. M. I. N. S.
IOANNES ANTONIVS KVHN,
qui primam huius mundi lucem adspexit *Isnaci anno huius
seculi nono die VI. mensis Februario* Patrem nactus est
SEBASTIANVM HENRICVM KÜHNIVM Praefectum Saxo-
nacensem. Matrem vero *TOANNAM EUSTINAM B. IOANNIS
GEORGII DÖHLER* Consiliani &c. Praefectii quondam *Isnaci
ensis filiam.* Optimi hi parentes filium hunc priuatae pri-
mum variorum praceptorum fidelissimorum informationi
tradiderunt, post Gymnasium *Isnacense* cum frequenter
iusserunt, ubi non solum *B. EBHARDVM* hujus Gymnasi
Con-rectorem, *B. M. IOANNEM ERNSTUM MÜLLERVM*
eiusdem Gymnasii moderatorum Bibliothecaeque Praefectum
& *Dn. HOMERVM* Seiniarii tum Theologico Inspectorem,
nunc Ducatus Hildburghusani Superintend. Generali meri-
tissimum praceptores nactus, verum etiam privata *D. M.
SCHRAMMII* iam ecclesie Cruciburgensis Adjunct. dignissi-
mi, *SCHVLABII & M. HÜBSCHMANNI* nunc verbi divini
ministrorum fidelissimorum informatione usus est, *Quo-
rum*

rum omnium singulari cura atque industria cum tantos in
elegantioribus literis fecisset profectus, ut dignus haberetur,
qui scholas Academicas cum fructu adire posset, tum an.
XXVII. mens. April. Salam adit. fasces Academicos tunc
gerente B. Casp. Achaz BECKIO Magnifico facultatis Iuridi-
ca Ordinario, Inscriptus albo studiosorum in philosophicis
Dn. KOHLERO atque REVSCHIO in jurisprudentia vero B.
BRVNNQVELLIO Consultiss. Dn. D. DITMARO Consiliar. Aulic.
Sax. atque celeberrimo Dn. LANGGVTHIO iam Consiliar.
Aulic. & Consiliar. Saxo-Vinariensi. dignissimo praeceptoribus
potissimum usus est. Stadio Academico feliciter emen-
so in patriam redux, posteaquam per aliquot annos priua-
ta industria ingenium excoluisse, praxi forensi animum ad-
dixit, cui coram Regimine Hinacensi Strenue hactenus ope-
ram navavit. Tandem & re sua duxit, honores Themidi-
cis post exantlatos labores ambire, propterea almam ac
perantiquam universitatem nostram salutavit, & postquam in
numerum civium legitimo modo receptorus fuerat, Ordini
nostro desiderium suum per literas aperuit & ad examen
rigorosum admitti decenter petivit, in quo textus ex utro-
que iure communicatos solide interpretatus est, atque in
ipso examine indefessam suam industriam in jure navatam
abunde comprobavit, ita, ut ipsum supremis iurium hono-
ribus dignissimum judicare non dubitaverimus. Proinde
proximo die Jovis 30. Ian. premissa lectione cursoriā ad L.
14. C. de Advocat. diversi. judicior. Dissertationem inaugura-
lem

DE

DE
IVRISDICTIONE MARE-
SCHALLORVM IN SACRO RO-
MANO IMPERIO

habebit. Ad quos actus Magnificus Universitatis Rector,
Academie nostrae Proceres, & Cives Academicci eā, quā
decet, humanitate invitantur, rogantur. Publ. sub Sigill.
Facultat. Jurid. die XXVI. Jan. MDCCXXXVIII.



AB: 65717

X 2290245

VD 17







Black
3/Color
White



FACVLTATIS JVRIDICÆ
EX - DECANVS,
CONR. WILHELMUS
Gtredfer, JCtus,

PRÆFATÆ FACVLTATIS ET JVDICII
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PRO-
FESSOR COD. PVBLICVS ORDINARIVS, CI-
VITATIS SYNDICVS ET CONSVL
PRIMARIVS,

AD
AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM
ad L. Advocati 14. C. de Advocat. divers. judicior.

ET
DISSERTATIONEM INAUGURALEM
AD DIEM XXX. JANVARII, M DCC XXXVIII.

LECTOREM BENEVOLVM
PERHUMANITER INVITAT.

ERFORDIÆ,
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typogr.